

LJUBLJANSKI ŠKOFIJSKI LIST.

Laibacher Dioecesanblatt.

Vsebina: 15. Inthronizatio Reverendissimi ac Illustrissimi Domini Dr. Antonii Jeglič, Episcopi tit. Sinniensis, in Sedem Episc. Labacensem. — 16. Litterae gratulatoriae Antistitem austriacorum ad Summum Pontificem recurrente Ejus jubilaeo sacerdotali et Responsum Ssmi. ad Antistites. — 17. Constitutio apostolica Leonis P. P. XIII. de unitate ordinis fratrum Minorum instauranda. — 18. Decretum S. R. C., quo festum S. Antonii Mariae Zaccaria Conf. in universa ecclesia celebrandum praescribitur. — 19. Finanz-Ministerial-Erlaß vom 30. December 1897, B. 64 549, gerichtet an die k. f. Finanz-Landesdirectionen. — 20. Verordnung des Ministeriums des Innern und für Cultus und Unterricht vom 20. Jänner 1898. — 21. Eheschließungen ungarischer Staatsangehöriger in Oesterreich in Fällen einer Todesgefahr.

Št. III.

1898.

15.

Excellentissimus ac Reverendissimus
Dominus Dominus

DR. JACOBUS MISSIA,

Princeps-Episcopus Labacensis die 12. Decembris 1897
ab Augustissimo Imperatore Franciseo Josepho I.

Archi-Episcopus Goritiensis,

et

Reverendissimus ac Illustrissimus

Dominus Dominus

DR. ANTONIUS JEGLIČ,

Episcopus titularis Sinniensis die 11. Februarii 1898
ab eadem caes. reg. et Apostolica Majestate

Princeps-Episcopus Labacensis

nominatus est.

Uterque, die 24. Martii 1898 a Sua Sanctitate LEONE XIII. confirmatus, die 22. Maii — Dominica VI. post Pascha — Sedis Archi- resp. Episcopalis solemnem possessionem adibit.

Deo propitio ad plurimos annos!

Litterae gratulatoriae Antistitum austriacorum ad Summum Pontificem recurrente Ejus jubilaeo sacerdotali.

Beatissime Pater!

Festivissima causa laetitiae incidit nobis, Sanctissime Pater, cogitantibus de sexagesimo anniversario Ordinationis Tuae deque Sacro, quod primo litasti. Tibi enim concessit benignissimus Deus, quod sane perrarum est, ut in Sacerdotio annos sexaginta expleres; nos autem gratanter recolimus diem initiationis Tuae sacerdotalis, qui Tibi quidem optimis auspiciis arrisit, toti vero Ecclesiae felix faustusque fuit. Quando enim impletae sunt manus Tuae unctaeque oleo sancto, factumque est Tibi testamentum aeternum fungi sacerdotio, offerre sacrificium, incensum et bonum odorem¹⁾, quid ea omnia portenderent, ignorabatur, at gradus et via erant, quibus Te Deus arcano, adorabili consilio ad summi Pontificatus apicem praeparabat. ignorabant homines, — quis enim occultos divinae sapientiae thesauros intueri possit? — sed elegerat Te Deus ex omni carne, ut fores in Sede Petri veluti alter Moyses dilectus Deo et hominibus, quem similem faceret in gloria Sanctorum et magnificaret in timore inimicorum, et in verbis Tuis monstra placaret, glorificaretque Te in conspectu regum et daret coram praecepta et legem vitae et disciplinae²⁾.

Et re quidem vera isti praestantissimo officio divinitus collato nusquam dees, dum mira sedulitate totius orbis Ecclesiis prospicis, praecepta vitae et disciplinae confers, pericula pro re nata praecaves. Nulla est vel remotissima pars mundi, quae Tuam sollicitudinem tam vigilem non experiatur, ac si ea sola Tibi corde esset; ipsi vero ita Tibi in conspectu sumus tantaeque diligentia a Te foveri sentimus, ac si omnem curam in nos unice impenderes.

Inter nuperrima signa paternae providentiae Tuae grato libentique animo recepimus salutaria hortamenta, quae continentur in Litteris datis Kalendas Augusti hujus anni³⁾. Ibi scilicet de institutione christianae iuventutis praeclare disserens, de qua b. Petrus Canisius meritissimus fuit, auream sententiam profers,

experientiâ heu nimis comprobata, Deo sublato nihil posse adolescentes in officio continere aut a recta virtutis semita devios et in vitia praecipites revocare. Religionem itaque ab adolescentium educatione amandare, nefas est: et apud nos quidem religio a scholis non exulat; sed alte menti insidet, quod merito subiungis, necesse esse non modo certis horis religionem doceri, sed reliquam institutionem omnem christianae pietatis sensus redolere, maximeque cavendum, ne, illud quod caput est, iustitiae cultus ac pietatis secundas partes obtineat. In hanc Tuam sententiam, Beatissime Pater, omnino concedimus, Tibique plane consentimus; nihil namque dici poterat verius, utilius rebusque praesentibus accomodatius. Etenim ista sapientissima regula a moderna institutione ferme extorris est; religionem nimirum ut aliam quamvis disciplinam tradi, penes nos nihil vetat; ast eam principem locum tenere seu disciplinis ceteris praelucere easque medullitus pervadere, id nolunt. Qua quidem in re operam nostram conferre identidem connisi sumus, ut scilicet et ampliori christianae institutioni et pietati, ubi opus erat, locus fieret; nunc vero, Tuo consilio et auctoritate freti, impensiores pro viribus curas adhibebimus.

Sed et alia res est, in qua Tua sive exempla sive documenta iucunda et perutilia sectari propositum est. Pro singulari nimirum sapientia et pietate, imo certe divino instinctu censuisti, omnem curam a Te in id ponendam esse, ut spiritum orationis in Ecclesia universa excitates, foveres, amplificares. Enimvero Ecclesiam nascentem et e coenaculo prodeuntem afflavit uberrime et aluit Spiritus Domini, replevitque exiguum discipulorum numerum perseverantem unanimiter in oratione cum Maria Matre Jesu¹⁾; ast quando unquam tantopere ac hodie largissimo afflatu Spiritus sancti indiguit mundus? Languescit quippe totus; pars autem major abripitur „spiritibus erroris et doctrinis daemoniorum et cauteriatam habentium suam conscientiam“²⁾; quibus malis ille unus mederi potest, qui in coenaculo discipulis allapsus adimplevit, quod olim per pro-

¹⁾ Eccl. XLV. 18—20. — ²⁾ Ib. XLV. 1. et sequ. — ³⁾ „Militantis Ecclesiae“

¹⁾ Act. I. 14. — ²⁾ I. Tim. IV. 1. 2.

phetas sponderat: „Dabo legem meam in visceribus eorum, et in mentibus eorum describam eam“¹⁾. Hanc ob rem supplicationes et cultum ampliorem in Spiritum sanctum indixisti²⁾: nunc vero utinam Pater Optimus emittat Spiritum suum, et renovet faciem terrae fatiscientis!

In hac porro quam suspiramus affluenti Spiritus sancti impetranda, indubium est, plurimum posse Beatissimam Virginem, Spiritus sancti sponsam; ideoque in cohortationibus ad cultum et venerationem Deiparae edendis totus fuisti. Ut alias saepe, id paulo antea a Te factum est, addita commendatione Sodalitatum a Rosario Mariali necnon perpetuae ingeminationis precum earundem. Ut enim sol in orbem devehitur, pulcherrimum fore cognovisti, si in terris, quae primo renidente luce illustrantur, quasque radii solis occidui labente die salutant, laudes Marianae iugi successione personent; nec irritas esse posse dixisti laudes et preces, „quae ex ingenti multitudinis ore ac pectore expressae, nunquam conticescant“³⁾.

Et ista quidem oracula, Beatissime Pater, a Te sapientissime et pientissime prolata, multo cum gaudio suscipimus, iisque nos et res nostras conformare studiose cupimus; atque ut id fiat, Tuae Benedictionis praesidium postulamus. Non possumus autem quin Tibi, mox redeunte anno sexagesimo, affatim e corde penitissimo gratulemur, quod tam longam aetatem in sacerdotio gerendo feliciter protuleris, Tuo non minus quam Ecclesiae totius beneficio; qua de re gratias Deo reddimus plurimas, quum autem ipse dies novabitur, reddemus, cumulatissimas. Simul vero, quod nostra et Ecclesiae universae admodum interest, Deum benignissimum precamur, ut Te quam diutissime servet sospitemque faciat; imo — istud quoque a Rege saeculorum immortaliter petere et expectare fas est — vehementer efflagitamus, ut in saeculum proxime instans non alio quam Te duce, magistro christianique gregis supremo rectore ingredi liceat.

Viennae in Austria, 15. Novembris 1897.

Responsum Ssmi. ad Antistites.

Dilecto Filio Nostro Francisco de Paula Tit. SS. Joannis et Pauli S. R. E. Presb. Card. Schönborn, Archiepiscopo Pragensi — Pragae.

LEO PP. XIII.

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam benedictionem.

Ecclesiae catholicae decus et ornamentum est, quo intuentium animus admiratione ac iucunditate percellitur, quod Episcopi, perque eos universus fidelium coetus, Sedi Apostolicae tam arcte iunguntur, ut, quidquid capiti usvenit, id membra omnia sibi veluti proprium hebeant ac persentiant. — Quam coniunctionem pro parte vestra luculenter admodum probastis, qui sexagesimum Natalem sacerdotii Nostri minime migrandum duxistis, quin laetitiam Nostram gratumque in Deum animum communicaretis. Litteras, quas idcirco tu, Dilecte Fili Noster, ceterique Archiepiscopi et Episcopi in Imperio Austriaco dedistis, dileximus cum maxime. Quas quidem eo gratiores longe habuimus, quod ita vos informatos exhiberent, ut, quae Nos docui-

mus et commendavimus, ea exsequi strenue contendatis. Nimium sane refert, ut precandi studium in plebe christiana excitetur in dies acrius et foveatur. Nec minoris momenti est, et religiosae puerorum institutioni strenue intendatur, secundum litteras „Militantis Ecclesiae“, quas Kalendis Augusti superioris anni ad vos conscripsimus. Proposita igitur vestra laudamus libentes simulque de delato officio gratias habemus. Quo autem benevolentiam Nostram testemur, Apostolicam benedictionem, auspiciem divinorum munerum, tibi ceterisque in Austriaco Imperio Antistitibus nec non fidelibus cuique vestrum creditis amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die XII Januarii MDCXCXVIII, Pontificatus Nostri anno vicesimo.

Leo p̄p. XIII. m. p.

¹⁾ Jerem. XXXI. 31. — Hebr. X. 16. — ²⁾ Litt. apost. „Divinum illud“ 9. Maji 1897. — ³⁾ Epist. ency. „Augustissimae Virginis“, 12. Sept. 1897.

Constitutio apostolica Leonis P. P. XIII. de unitate ordinis fratrum Minorum instauranda.

LEO EPISCOPUS

seruus seruatorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Felicitate quadam nec sane fortuito factum putamus, ut Nobis olim, in episcopatu gerendo, ex omnibus Italiae provinciis una Francisci Assisiensis parens atque alrix Umbria contingeret. Assuevimus enim acrius et attentius de patre seraphico locorum admonitu cogitare: cumque indicia eius permulta, ac velut impressa vestigia passim intueremur, quae non memoriam eius solum Nobis afferebant, sed ipsum videbantur in conspectu Nostro ponere: cum Alverniae iuga semel atque iterum ascensu superavimus: cum ob oculos ea loca versarentur, ubi editus ac susceptus in lucem, ubi corporis exolutus vinculis, unde ipso auctore tanta vis bonorum, tanta salus in omnes orientis atque obeuntis solis partes influxit, licuit profecto plenius ac melius cognoscere quanto viro quantum manus assignatum a Deo. Mire cepit Nos franciscana species atque forma: quoniamque intimam franciscalium institutorum virtutem magnopere ad christianam vitae rationem videbamus conduxisse, neque eam esse huiusmodi ut consenescere vetustate possit, propterea in ipso episcopatu Perusino, ad christianam pietatem augendam tuendosque in multitudine mores probos Ordinem Tertium, quem Nosmetipsi viginti quinque iam annos profitemur, dedita opera restituere ac propagare studuimus. Eundem animum in hoc apostolici muneris fastigium eandemque voluntatem ex eo tempore susceptam attulimus. Ob eamque causam cum non circumscripte, sed ubique gentium eum ipsum Ordinem florere in spem beneficiorum veterum cuperemus, praescripta legum quibus regeretur, quatenus opus esse visum est, temperavimus, ut quemvis e populo christiano invitaret atque alliceret effecta mollior et accomodatior temporibus disciplina. Expectationem desiderii ac spei Nostrae sat implevit exitus.

Verumtamen Noster erga magnum Franciscum et erga res ab eo institutas singularis amor omnino quiddam adhuc postulabat: idque efficere Deo aspirante decrevimus. Animum videlicet studiumque Nostrum nunc convertit

ad sese franciscanus Ordo princeps: nec sane facile reperiatur in quo evigilare enixius atque amantius curas cogitationesque Nostras oporteat. Insignis est enim et benevolentia studioque Sedis Apostolicae dignissima ea, quae Fratrum Minorum familia nominatur, beati Francisci frequens ac mansura soboles. Ei quidem parens suus, quas leges, quae praecepta vivendi ipse dedisset, ea omnia imperavit ut religiosissime custodiret in perpetuitate consequentium temporum; nec frustra imperavit. Vix enim societas hominum est ulla, quae tot virtuti rigidos custodes eduxerit, vel tot nomini christiano praecones, Christo martyres, coelo cives ediderit: aut in qua tantus virorum proventus, qui iis artibus, quibus qui excellunt praestare ceteris iudicantur rem christianam remque ipsam civilem illustrarint, adiuverint.

Horum quidem bonorum non est dubitandum maiorem et constantiorem futuram ubertatem fuisse, si arctissimum coniunctionis concordiaeque vinculum, quale in prima Ordinis aetate viguit, perpetuo mansisset; quia *virtus quanto est magis unita, tanto est fortior, et per separationem minuitur.*¹⁾ Quod optime viderat et caverat mens provida Francisci, quippe qui suorum societatem praeclare finxit fundavitque ut corpus unum non solubili compage aptum et connexum. Quid revera voluit, quid egit aliud cum unicam proposuit vivendi regulam, quam omnes sine ulla nec temporum nec locorum exceptione servarent, vel cum unius rectoris maximi potestati subesse atque obtemperare iussit universos? Eiusmodi tuendae concordiae praecipuum et constans in eo studium fuisse, perspicue discipulus eius confirmat Thomas a Celano, qui *assiduum, inquit, votum vigilque studium in eo fuit custodire inter fratres vinculum pacis, ut quos idem spiritus traxerat, idemque genuerat pater, unius matris gremio pacifice foverentur.*²⁾

¹⁾ S. Thom. 2, 2^{ae}, quaest. XXXVII a. 2 ad 3^m. — ²⁾ *Vita secunda*, P. III, c. CXXI.

Verum satis in comperto sunt posteriores casus. Nimirum sive quod flexibiles hominum sunt voluntates et varia solent esse ingenia in congregatione plurimorum, sive quod communium temporum cursus sensim ac pedetentim alio flexisset, hoc certe usu venit franciscanis ut de instituenda vita communi aliud placeret aliis. Concordissimam illam communionem quam Franciscus spectarat et secutus erat, quamque sanctam esse apud suos voverat, duae res potissimum continebant: studium voluntariae paupertatis atque ipsius imitatio exemplorum in reliquarum exercitatione virtutum. Haec franciscani instituti insignia, haec eius fundamenta incolunitatis. At vero summam rerum inopiam, quam vir sanctissimus in omni vita adamavit unice, ex alumnis eius optavere nonnulli simillimam: nonnulli, quibus ea visa gravior, modice temperatam maluerunt. Quare aliorum ab aliis secessione facta, hinc *Observantes* orti, illinc *Conventuales*. Similiter rigidam innocentiam, altas magnificasque virtutes, quibus ille ad miraculum eluxerat, alii quidem imitari animose ac severe, alii lenius ac remissius velle. Ex prioribus iis fratrum *Capulorum* familia coalita, divisio tripartita consecuta est. Non idcirco tamen exaruit Ordo: nemo est enim quin sciat, sodales singularum, quas memoravimus, disciplinarum praeclaris in Ecclesiam meritis praestitisse et fama virtutum.

De ordine Conventualium, item de Capulorum nihil omnino decernimus novi. Legitimum disciplinae suae ius uti possident, ita possideant utrique in posterum. Eos tantummodo hae litterae Nostrae spectant, qui concessu Sedis Apostolicae antecedunt loco et honore ceteros, quique *Fratrum Minorum* merum nomen, a Leone X acceptum¹⁾ retinent. Horum quoque in aliqua parte non est omnium vita consentiens. Quandoquidem communium iussa legum universi observare studuerunt, sed aliis alii severius. Quae res quatuor genera, ut cognitum est, effecit: *Observantes*, *Reformatos*, *Excalciatos* seu *Alcantarinos*, *Recollectos*: et tamen non sustulit funditus societatem. Quamvis enim privilegiis, statutis, varioque more altera familia ab altera differret, et cum provincias, tum domos tironum unaquaeque proprias obtineret, constanter tamen omnes, ne principium prioris coagmentationis interiret, obtemperationem uni atque eidem

antistiti retinuerunt quem *Ministram generalem totius Ordinis Minorum*, uti ius est, vocant.¹⁾ Utrumque sit, quadripartita isthaec distributio, si maiorum spem bonorum, quam perfecta communitas attulisset, interceptit, non fregit vitae disciplinam. Quin etiam cum singulae auctores adiutoresque habuerint studiosos alienae salutis et praestanti virtute sapientiaeque viros, dignae sunt habitae, quas romanorum Pontificum benevolentia complecteretur et gratia. Hoc ex capite vi et fecunditate hausta, ad fructus efferendos salutare et ad prisca franciscalium exempla renovanda valuerunt. Sed ullumne ex humanis institutis est, cui non obrepat aliquando senectus?

Certe quidem usus docet, studium virtutis perfectae, quod in ortu adolescentiaeque Ordinum religiosorum tam solet esse severum, paulatim relaxari, atque animi ardorem pristinum plerumque succumbere vetustati. Ad hanc senescendi collabendique causam, quam afferre consuevit aetas, quaeque omnibus est coetibus hominum natura insita, altera nunc ab inimica vi accessit extrinsecus. Scilicet atrox procella temporum, quae centum amplius annis rem catholicam exagitat, in ipsas Ecclesiae auxiliares copias, Ordines virorum religiosorum dicimus, naturali itinere redundavit. Despoliatos, pulsos, extorres, hostiliter habitos quae regio, quae ora Europae non vidit? Permagnum ac divino tribuendum muneri, quod non excisos penitus vidimus. Iamvero duabus istis coniunctis causis plagam acceperere nec sane levem: fieri enim non potuit quin duplicato fessa incommodo compago fatisceret, quin vis disciplinae vetus, tamquam in affecto corpore vita debilitaretur.

Hinc instaurationis orta necessitas. Nec sane defuere in Ordinibus religiosis qui ea velut vulnera, quae diximus, sanare, et in pristinum statum restituere se sua sponte ac laudabili alacritate conati sint. Id Minores, etsi magnopere vellent, assequi tamen aut aegre aut nullo modo possunt, quia desideratur in eis conspirantium virium cumulata possessio. Revera praefecturam Ordinis gerenti non est in omnes familias perfecta atque absoluta potestas: certa quaedam eius acta et iussa repudiari privatae nonnullarum leges sinunt: ex quo perspicuum est, perpetuo patere aditum repugnantium dimicationi voluntatum. Praeterea variae sodalitates, quamquam in unum Ordinem

¹⁾ Const. *Ite et vos* IV. kal. Iun. 1517.

¹⁾ Leon X Const. cit. *Ite et vos*.

confluunt et unum quiddam aliqua ratione efficiunt ex pluribus, tamen quia propriis provinciis differunt, domibusque ad tirocinia invicem distinguuntur, nimis est proclive factu, ut suis unaquaeque rebus moveatur, seque magis ipsa quam universitatem diligat, ita ut, singulis pro se contendentibus, facile impediantur magnae utilitates communes. Denique vix attinet controversias concertationesque memorare, quas sodalitorum varietas, dissimilitudo statutorum, disparia studia, tam saepe genuerunt, quasque causae manentes eadem renovare easdem in singulos propemodum dies queant. Quid autem perniciosius discordia? quae quidem ubi semel inveteravit, praecipuos vitae nervos elidit, ac res etiam florentissimas ad occasum impellit.

Igitur confirmari et corroborari Ordinem Minorum necesse est, virium dissipatione sublata: eo vel magis quod populari ingenio popularibusque moribus volvitur aetas; proptereaque expectationem sui non vulgarem sodalium facit virorum religiosorum ortu, victu, institutis populare. Qui populares enim habentur, multo commodius et aspirare et applicare se ad multitudinem, agendo, navando pro salute communi, possunt. Hac sibi oblata bene merendi facultate Minores quidem studiose atque utiliter usuros certo scimus, si validos, si ordine dispositos, si instructos, uti par est, tempus offenderit.

Quae omnia cum apud nos multum agitaremus animo decessorum Nostrorum veniebat in mentem, qui incolumitati prosperitatieque communi alumnorum franciscalium succurrere convenienter tempori, quoties oportuit, consuevere. Idem Nos ut simili studio ac pari benevolentia vellemus, non solum conscientia officii, sed illae quoque causae, quas initio diximus impulere. Atqui omnino postulare tempus intelleximus, ut ad coniunctionem communionemque vitae priscam Ordo revocetur. Ita, amotis dissidiorum et contentionum causis, voluntates omnes unius nutu ductuque invicem colligatae tenebuntur, et, quod consequens est, erit ipsa illa, quam parens legifer intuebatur, constitutionis forma restituta.

Duas ad res cogitationem adiecimus, dignas illas quidem consideratione, quas tamen non tanti esse vidimus ut consilii Nostri retardare cursum ulla ratione possent, nimirum privilegia singulorum coetuum aboleri, et omnes quoque ubique essent Minores, de quibus agimus,

unius disciplinae legibus aequae adstringi oportere. Nam privilegia tunc certe opportuna ac frugifera cum quaesita sunt, nunc commutatis temporibus, tantum abest ut quicquam prosint religiosae legum observantiae, ut obesse videantur. Simili modo leges imponere unas universis incommodum atque intempestivum tandem futurum fuit, quoad varia Minorum sodalitia multum distarent interioris dissimilitudine disciplinae: contra nunc, cum non nisi pertenui discrimine invicem differant.

Nihilominus instituti et moris decessorum Nostrorum memores, quia res vertebatur gravioris momenti, lumen consilii et prudentiam iudicii ab iis maxime, qui eadem de re iudicare recte possent, exquisivimus. Primum quidem cum totius Ordinis Minorum legati anno MDCCCLXXXV. Assisium in consilium convenissent, cui praerat auctoritate Nostra b. m. Aegidius Mauri S. R. E. Cardinalis, Archiepiscopus Ferrariensis, perrogari in consilio sententias iussimus, de proposita familiarum omnium coniunctione quid singuli censerent. Faciendam frequentissimi censuerunt. Imo etiam lectis ab se ex ipso illo coetu viris hoc negotium dedere ut Constitutionum codicem perscriberent, utique communem omnibus, si communionem Sedes Apostolica sanxisset, futurum. Praeterea S. R. E. Cardinales e sacro Consilio Episcoporum atque Ordinum religiosorum negotiis praeposito, qui pariter cum S. R. E. Cardinalibus e sacro Consilio christiano nomini propagando Nobis de toto hoc negotio vehementer assenserant, acta Conventus Assisiensis et omnia rationum momenta ponderanda diligentissime curaverunt, exploratisque et emendatis, sicubi visum est, Constitutionibus novissimis, testati sunt, petere se ut Ordo, sublato familiarum discrimine, unus rite constituatur. Id igitur omnino expedire atque utile esse, idemque cum proposito conditoris sanctissimi cumque ipsa Numinis voluntate congruere sine ulla dubitatione perspeximus.

Quae cum ita sint, auctoritate nostra apostolica, harum virtute litterarum, Ordinem Minorum, variis ad hanc diem sodalitiis distinctum, ad unitatem communitatemque vitae plene cumulateque perfectam, ita ut unum atque unicum corpus efficiat, familiarum distinctione omni deleta, revocamus, revocatumque esse declaramus.

I. Is, extinctis nominibus *Observantium, Reformatorum, Excalceatorum* seu *Al-*

cantarinorum, Recollectorum, Ordo Fratrum Minorum sine ullo apposito, ex Instituto Francisci patris appelletur: ab uno regatur: eisdem legibus pareat: eadem administratione utatur, ad normam Constitutionum novissimarum, quas summa fide constantiaque ab omnibus ubique servari iubemus.

II. Statuta singularia, item privilegia iuraque singularia, quibus familiae singulae privatim utebantur, fruebantur ac porsus omnia quae differentiam aut distinctionem quoquo modo sapiant, nulla sunt: exceptis iuribus ac privilegiis adversus *tertias personas*: quae privilegia, quaeque iura firma, ut iustitia et aequitas postulaverit, rataque sunt.

III. Vestitum cultumque eadem omnes forma induunt.

IV. In gubernatione Ordinis universi, quem admodum unus Minister generalis, ita Procurator unus esto: item Scriba ab actis unus: honorum coelestibus habendorum Curator unus.

V. Quicumque ex hoc die minoriticas vestes rite sumpserint: quicumque maiore minoreve ritu vota nuncupaverint, eos omnes sub Constitutiones novas esse subiectos officisque universis, quae inde consequuntur, adstringi ius esto. Si qui Constitutionibus novis abnuat subesse, ei habitu religioso, nuncupatione votorum, professione interdictum esto.

VI. Si qua provincia his praeceptis legibusque Nostris non paruerit, in ea nec tirocinia ponere quemquam nec profiteri rite Ordinem liceat.

VII. Altioris perfectionis vitaeque, ut loquuntur, contemplativae cupidioribus praesto esse in provinciis singulis domum unam vel alteram in id addictam, fas esto. Eiusmodi domus iure Constitutionum novarum regantur.

VIII. Si qui e sodalibus solemniter professis addicere se constitutae per has litteras disciplinae iustis de causis recusarint, eos in domos Ordinis sui certas secedere auctoritate nutuque Antistitum liceat.

IX. Provinciarum cum mutare fines, tum minuere numerum, si necessitas coegerit, Ministro generali coniuncte cum Definitoribus generalibus liceat, perrogata tamen Definitorum Provinciarum, de quibus agatur, sententia.

X. Cum Minister generalis ceterique viri Ordini universo regundo ad hanc diem praepositi magistratu se quisque suo abdicarint,

Ministram generalem dicere auctoritatis Nostrae in causa praesenti esse volumus. Definidores generales, ceterosque munera maiora gesturos, qui scilicet in conventu Ordinis maximo designari solent, designet in praesenti causa sacrum Consilium Episcoporum atque Ordinum religiosorum negotiis praepositum, exquisita prius ab iis ipsis sententia, qui potestatem Definitorum generalium hodie gerunt. Interea loci Minister generalis Definidoresque generales in munere quisque versari suo pergant.

Gestit animus, quod Nostram in beatum Franciscum pietatem religionemque veterem consecrare mansuro providentiae monumento licuit: agimusque benignitati divinae gratias singulares, quod nobis in summa senectute id solatii percipientibus, reservavit. Quotquot autem ex Ordine Minorum sodales numerantur, pleni bonae spei hortamur obsecramusque, ut exemplorum magni parentis sui memores, ex his rebus ipsis, quas ad commune eorum bonum decrevimus, sumant alacritatem animi atque incitamenta virtutum, ut digne ambulent *vocatione, qua vocati sunt, cum omni humilitate, et mansuetudine, cum patientia, supportantes invicem in caritate, solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis.*¹⁾

Praesentes vero litteras et quaecumque in ipsis habentur nullo unquam tempore de subreptionis aut obreptionis sive intentionis Nostrae vitio aliove quovis defectu notari vel impugnari posse; sed semper validas et in suo robore fore et esse, atque ab omnibus cuiusvis gradus et praecminentiae inviolabiliter in iudicio et extra observari debere, decernimus: irritum quoque et inane si secus super his a quoquam, quavis auctoritate vel praetextu, scienter vel ignoranter contingerit attentari declarantes: contrariis non obstantibus quibuscumque, etiam speciali mentione dignis, quibus omnibus ex plenitudine potestatis, certa scientia et motu proprio quoad praemissa expresse derogamus, et derogatum esse declaramus.

Volumus autem ut harum litterarum exemplis etiam impressis, manu tamen Notarii subscriptis et per constitutum in ecclesiastica dignitate virum sigillo munitis, eadem habeatur fides, quae Nostrae voluntatis significationi, his praesentibus ostensis, haberetur.

Nulli ergo hominum liceat hanc paginam Nostrae constitutionis, ordinationis, unionis,

¹⁾ Ephes. IV., 1-3.

limitationis, derogationis, voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. — Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et Beatorum Petri et Pauli apostolorum eius noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum Quarto Nonas Octobris Anno Incarnationis Dominicae

18.

Decretum S. R. C., quo festum S. Antonii Mariae Zaccaria Conf. in universa ecclesia celebrandum praescribitur.

Urbis et Orbis.

Ad humillimas preces Rmi. P. Aloisii Cacciari, Procuratoris Generalis et Postulatoris Congregationis Clericorum Regularium S. Pauli Barnabitarum, ab infrascripto Cardinali S. R. Congregationi Praefecto relatas, SSmus. Dnus. Noster Leo PP. XIII., ex ipsius S. Congregationis consulto, concedere dignatus est, ut, translato in diem 7. Julii, vel hac impedita, in primam diem subsequentem liberam juxta rubricas, festo assignato Ss. Cyrilli et Methodii PP. CC. alterum festum natalitium S. Antonii Mariae Zaccaria Confessoris cum Officio de Commun. Conf. non Pont. et lectionibus I. Nocturni de Script. occ., et II. et III. Nocturni,

Millesimo octingentesimo nonagesimo septimo, Pontificatus Nostri anno Vicesimo.

A. Card. Aloisi-Masella Pro-Datarius
A. Card. Macchi

Visa — De Curia I. De Aquila e Vicecomitibus Loco † Plumbi Reg. in Secret. Brevium.

1. Cugnonius.

Oratione ac Missa propriis, jam approbatis et concessis praedictae religiosae Congregationi, die 5. Julii ab universa Ecclesia sub ritu duplici minori **post annum 1898** singulis annis recolatur. Insuper idem Ssmus. Dnus. Noster supradictum Officium cum Missa de S. Antonio Maria Zaccaria sub praedicto ritu in Calendario Universali et in novis editionibus Breviarii et Missalis Romani deinceps inscribi mandavit. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 11. Decembris 1897.

Camillus Card. Massella, S. R. C. Praefectus.
Diomedes Panici, S. R. C. Secretarius.

19.

Finanz-Ministerial-Erlaß

vom 30. December 1897, B. 64.549, gerichtet an die k. k. Finanz-Landesdirectionen.

Aus Anlaß mehrerer bei dem Finanzministerium gestellter Anfragen über die Behandlung der Mitglieder geistlicher regulärer Communitäten, sowie Geistlicher überhaupt bezüglich der Personaleinkommensteuer wird dem Präsidium Folgendes eröffnet:

1. Inwieferne die einzelnen Mitglieder regulärer Communitäten mit Rücksicht auf die Verfassung derselben in der Lage sind, ein selbständiges Bekenntnis abzugeben oder, inwiefern sich die Communitätsvorsteherung als der gesetzliche Vertreter im Sinne des Kirchenrechtes darstellt, ist für die Steuerbehörde nicht immer leicht zu beurtheilen.

Zur Vermeidung von Schwierigkeiten wird daher gestattet, daß in Fällen, in welchen die Communitäts-

vorsteherung die Einbringung der Bekenntnisse oder auch eines cumulativen Bekenntnisses (Vollzugsvorschrift IV, Artikel 56 II, Z. 4) übernimmt, die Steuerbehörde sich damit begnüge, ohne die im § 264 vorgesehenen Vollmachten zu verlangen.

2. Die Bekenntnislegung durch die Communitätsvorsteherung kann sich auch auf solche Regularen beziehen, welche auf auswärtigen Pfriinden exponirt sind.

In einem solchen Falle hat die Steuerbehörde, beziehungsweise Commission, in deren Sprengel sich der Sitz der Communität befindet, die allenfalls nöthigen Erhebungen über das Bekenntnis durchzuführen, die Personaleinkommensteuer für jene Com-

munitätsmitglieder, für welche sie zuständig ist, durchzuführen und sodann den Steuerbehörden, beziehungsweise Commissionen, in deren Sprengel sich die exponirten Communitätsmitglieder befinden, zum Zwecke der Steuerveranlagung die entsprechenden Mittheilungen, beziehungsweise Auszüge aus dem Bekenntnisse der Communität mitzutheilen.

3. Hinsichtlich der Frage, ob einzelnen Mitgliedern einer regulären Communität aus deren Gesamteinkommen bestimmte Theile als eigenes Einkommen zugewiesen sind, oder nicht (§ 158, Absatz 2), wird gestattet, sich ohne nähere Erhebungen lediglich an die Mittheilung der Communität zu halten.

Es kann daher auch eine Auftheilung des Gesamteinkommens nicht bloß auf die im Kloster zusammenlebenden Conventualen, sondern auch auf die exponirten Beneficiaten stattfinden, wenn nach Erklärung der Communitätsvorstehung die Zuweisung eines bestimmten Theiles des Gesamteinkommens an dieselben nicht stattfindet.

4. Insoferne das Einkommen von Communitätsmitgliedern durch die Communitätsvorstehung einbekannt wird, hat auch die Zustellung der Zahlungsaufträge im Wege der Communitätsvorstehung zu erfolgen.

5. Sollten Conventsmitglieder ein selbständiges Nebeneinkommen haben, z. B. von schriftstellerischer Thätigkeit, aus Dienstbezügen, Vitalitäten oder von Capitalien, so ist dieses von den Einzelnen einzubekennen, wobei auf das von der Communität für die Betreffenden ausgewiesene Einkommen entsprechend Bedacht zu nehmen ist.

In diesem Falle ist hinsichtlich des vom Steuerpflichtigen selbst einbekannten Einkommens ein besonderer Zahlungsauftrag anzufertigen, der auch dem Steuerpflichtigen unmittelbar zuzustellen ist.

In demselben ist von dem gesammten Betrage der Personaleinkommensteuer derjenige Theil in Abzug zu bringen, der auf den von der Communität ausgewiesenen Einkommensantheil ohne Rücksicht auf das übrige Einkommen entfällt.

Sollte dieser Antheil den steuerfreien Betrag nicht übersteigen und sohin auf denselben eine Personaleinkommensteuer nicht entfallen, so ist die ganze vom Gesamteinkommen des Betreffenden entfallende Personaleinkommensteuer in dem an den Steuerpflichtigen unmittelbar zuzustellenden Zahlungsauftrag aufzunehmen.

In sünngemäßer Weise ist vorkommendenfalls in Absicht auf die Besoldungssteuer von höhern Dienstbezügen vorzugehen.

Die analoge Anwendung der im Punkt 5 enthaltenen Vorschriften auf jene Fälle, in denen das in Frage kommende Einkommen 1000 Gulden nicht überschreitet und daher die Verpflichtung zur Einbringung eines Bekenntnisses nicht besteht, unterliegt keinen Schwierigkeiten.

6. Die vorstehenden Bestimmungen finden auf die Säkulargeistlichkeit und deren Communitäten, wie Capital und dergleichen, keine Anwendung.

7. Der Religionsfondsbeitrag ist im Sinne des § 160, Z. 5 des P. St. G., als Abzugspost vom Einkommen anzusehen.

Ebenso sind bei den regulären Communitäten überhaupt und durchgehends der nothwendige Aufwand für die Abhaltung des Gottesdienstes in der Stifts- oder Klosterkirche, auch wenn dieselbe nicht Pfarrkirche ist; ferner bei denjenigen regulären Communitäten, deren statutenmäßig oder sonst bestimmter Zweck in der Pflege von armen Kranken besteht oder welche öffentliche Unterrichtsanstalten oder sonstige allgemein humanitären Bedürfnissen dienliche Institute erhalten, die diesbezüglichen Auslagen, und zwar alle vorerwähnten Auslagen mit jenem Betrage als Abzugspost zu behandeln, mit welchem sie bei Feststellung der Competenz für die Bemessung des Religionsfondsbeitrages nach Maßgabe der Ministerialverordnung vom 21. August 1881, R. G. Bl. Nr. 112, §§ 19 bis 23, als anrechenbarer Aufwand in Betracht kommen.

Die bezüglichen Aufschlüsse sind erforderlichenfalls bei den Landesstellen einzuholen.

Die letzteren Abzugsposten gründen sich nicht so sehr auf die Analogie des § 160, Z. 6, als auf die Erwägung, daß nach § 153 überhaupt nicht die Communitäten als solche, sondern deren Mitglieder als physische Personen der Personaleinkommensteuer unterliegen.

8. Hinsichtlich des Werthes der Wohnung ist auch bei Geistlichen nach den allgemeinen Bestimmungen vorzugehen; hiernach wird im Sinne des § 164 P. St. G. in dem Falle, als in dem Kloster ganz unbenützte oder ausschließlich zu Repräsentationszwecken dienende Räume, Versammlungssäle u. dgl. vorhanden sind, ein Nutzwert für dieselben entweder überhaupt nicht oder mit Rücksicht auf die Seltenheit der Benützung in Rechnung zu stellen sein.

9. Insoferne von Geistlichen, welche eine Land- und Forstwirtschaft betreiben, Gefinde gehalten wird, welches theils zur Wirtschaftszwecken, theils zur persönlichen Bedienung verwendet wird, ist ein im Verhältnisse zur Größe des land- und forstwirtschaft-

lichen Betriebes angemessener Theil der Erhaltungskosten derselben als Wirtschaftsausgabe anzusehen.

10. Aus § 206, Absatz 3 des P. St. G., ergibt sich, daß die Einnahmen aus Meßstipendien und Stolgebühren mit demselben Betrage für die Einkommenberechnung anzusetzen sind, mit welchem sie im Sinne des § 3 des Gesetzes vom 19. April 1885, R. G. Bl. Nr. 47, zur Congruaergänzung in Anrechnung gebracht werden.

Auf die Dauer der Wirksamkeit des citirten Gesetzes sind daher Bezüge dieser Art, welche für die Congruaergänzung nicht in Anrechnung kommen, auch bei der Feststellung des steuerpflichtigen Einkommens außer Betracht zu lassen.

Von den vorstehenden Bestimmungen sind sämtliche Steuerbehörden und Schätzungscommissionen in Kenntniss zu setzen.

Wien, am 30. December 1897.

Der k. k. Finanzminister: Böhm.

20.

Verordnung des Ministeriums des Innern und für Cultus und Unterricht vom 20. Jänner 1898,

betreffend den Austausch von Matriken-Auszügen zwischen den im Reichsrathe vertretenen Königreichen und Ländern einer- und den Ländern der ungarischen Krone — mit Ausnahme von Croatien und Slavonien — andererseits.

Auf Grund gepflogenen Einvernehmens mit dem königlich-ungarischen Ministerium des Innern, wird in Abänderung der Ministerial-Verordnung vom 6. August 1896, R. G. Bl. Nr. 150, betreffend den vereinbarten Matrikenaustausch zwischen den im Reichsrathe vertretenen Königreichen und Ländern einer- und den Ländern der ungarischen Krone — mit Ausnahme von Croatien und Slavonien — andererseits, verordnet, wie folgt:

Ad §. 1, Absatz 1: Hinsichtlich der Ehen, welche von ungarischen Staatsangehörigen in den im Reichsrathe vertretenen Königreichen und Ländern geschlossen

werden, sind seitens der mit der Matrikenführung betrauten Organe Trauungsregister-Auszüge in den vorgeschriebenen Zeitabschnitten nur in jenen Fällen vorzulegen, in welchen der Bräutigam ungarischer, in Ungarn (einschließlich der Stadt und des Bezirkes von Fiume) die Gemeindezuständigkeit besitzender Staatsbürger ist.

Ad §. 4: Die Bestimmung dieses Paragraphes wird aufgehoben.

Vorstehende Verordnung tritt sofort in Kraft.

Gautsch m. p.

Latour m. p.

21.

Eheschließungen ungarischer Staatsangehöriger in Oesterreich in Fällen einer Todesgefahr.

Die k. k. Landesregierung in Laibach hat unter Bezugnahme auf ihre Note vom 6. August 1897, Nr. 10.994, (Diöcesanblatt de 1897, VII., 43) wörtlich Nachstehendes anher mitgetheilt:

„Laut Erlasses des hohen k. k. Ministeriums des Innern vom 3. März 1898, Z. 5999, erscheint es in Fällen von Eheschließungen ungarischer Staatsangehöriger in Oesterreich, in welchen im Sinne des Ministerial-Erlasses vom 15. Juli 1897, Z. 14.906 wegen einer mit nahem Tode drohenden Krankheit eines der beiden — auch des nichtungarischen — Nupturienten die Trauung ohne vorgängige Verkün-

digung in Ungarn, beziehungsweise ohne Nachweis der Dispens von dieser Verkündigung vorgenommen werden darf, zulässig, hinsichtlich des ungarischen Nupturienten auch von der Forderung des Ehefähigkeitszeugnisses abzusehen. In derlei Fällen darf die Trauung, auch ohne daß der ungarische Nupturient ein solches Zeugnis vorlegt, unter den Vorbehalten des § 86 a. b. G. B., vorgenommen werden.“

Hievon wird der hochw. Curatclerus zur Benehmungswissenschaft hiemit in Kenntniss gesetzt.

Knezoškofijski ordinarijat Ljubljanski, dné 16. maja 1898.